Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 63 [heute: Philadelphia, Univ. of Pennsylvania Libr., Lawr. J. Schoenberg Collection, LJS 172]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 136.

Ariſtotel. Analyticor. priorum libb. 2. et poſteriorum libb. 2.

5.

Ariſtotelis Analyticorum priorum libri duo, et poſteriorum totidem. Galenus de libris pro- priis T. 4. p. 367. innuit, veram et antiquam inſcriptionem Analyticorum priorum fuiſſe de Syllogiſmo; poſteriorum de Demonſtratione. In edit. Du Vallii habentur T. I. p. 79. In codice noſtro Titulus eſt: "Incipit liber primus priorum ane- „leticorum Ariſtl." Init: " Primum oportet dicere „circa quid et de quo intentio". De verſione nihil certi habeo. Ceterum integer codex multis eſt refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomontani Tabulæ Directionum.

Cod. LXIII. deest

Chartac. 4to min. Sec. 15. 1. 5.4.

Joannis Regiomontani Ludus Pannonienſis, ſeu Tabulæ Directionum profectionumque, cum ſinuum Canone ad radium 60000, contra Archi- diacon. Parmenſem. Præfixa eſt Epiſtola dedica- toria, cujus Rubrica ſonat: "Reverendiſſimo in Xto patri ac domino domino Joanni Archiepiſ- copo Strigonienſi Joannes de Regio monte ſe humili- ter commendat;" initium vero: " Magnam eſſe admodum et fuiſſe ſemper in edendis libris" etc. Finis: " quas ubi pro acumine ingenii tui pro- "baveris in publicum prodire jubeto Vale preſulum "decus". Sequitur dein inſtitutio de uſu tabularum

/: in calce legitur: "Per me magistrum Johañem de Kuppferberg"; probabiliter nomen scriptoris:/ quam excipiunt tabulæ ipsæ.

De Jo. Regiomontano vid. supra, Cod. III.

Cod. LXIV.

Chartac. 4to min. Sec. 15. — 1. 5.5.

Jo. de Gmunden Tabulae astronomicæ.

Joañis de Gmunden Tabulæ astronomicæ, nempe de Planetarum motibus, de luminarium eclipsibus, æquationis domorum ad Vieñam, partis proportionis, Stellarum fixarum, secundum quod sunt semper in imaginibus Signorum coeli, et de quibusdam, quæ sunt extra imagines. Continentur etiam Cod. XLVI. n. 1. A. C. n. 2.

Practica Tabularum.

Has tabulas excipit Practica tabularum astronomicarum, quæ incipit: "Quamvis de motibus me. "diis." Absolvitur duabus partibus, quarum prior 60, posterior 28 capitibus constat. Anterior hujus practicæ pars /: quæ habetur etiam Cod. XLVI. 1. B. :/ tractat de motibus etc. solis et lunæ; altera de motibus etc. aliorum quinque Planetarum.

Modus corrigendi et compon. Tabul.

Hanc sequitur Tractatus de modis componendi et corrigendi tabulas. Incipit: "Pro majori fundamen- "to et certitudine eorum quæ posita sunt in ta- "bulis motuum planetarum etc. et canonibus de

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 63 [heute: Philadelphia, Univ. of Pennsylvania Libr., Lawr. J. S

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27406